



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 374. Damasi Pap. Annus 8. Valentiniani Valentis Impp.  
11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

I E S V C H R I S T I  
Annus 374.

DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. II.  
Annus 8. VALENTIS

SEPTENS Domini annus trecentisimus septuagesimus  
quartus exorditur Consulatu Gratiani Augusti tertio  
& Equitij: quo, absoluto anno decimo Imperatoru  
Valentiniani atq; Valentis, & undecimo inchoato, post  
sexentij seram mortem (vita dicam cum S. Hieronymo) Me-  
diolanus Ambrosio Episcopo constituto, omnia ad rectam fidem Ita-  
liae converterit. sic ipse. Quae quidem verba ita accipienda  
sunt, quod morte Auxentij factum fuerit, ut vnico  
illo Ariano Episcopo extincto, nihil superesset amplius  
in Italia Arianae contagionis: quo superflite, ea Ecclesia A-  
riano polluebatur Antifite ac proinde ea ex parte Italia  
dicebatur immunda: munda vero tota, cum illo sublato  
de medio, Catholico illic Episcopo constituto, sordes om-  
nes videri possent ablatae. Scimus Cedrenum anno supe-  
riori, nempe decimo Imperatoru, referre ordinationem  
Ambrosij: sed praestat audire Hieronymum res suorum  
temporum conscribentem. Quoniam autem modo eni-  
modi Ambrosij electio se habuerit, Theodoretus in  
primis narrat his verbis:   
Cum Auxentius Mediolanensis Ecclesiae Episcopus labi Arian-  
na infectus, & in Niceni Concilio abdicatus, & vita exinisset: Im-  
perator iste, Valentinianus videlicet, accessit ad se Episcopu,  
sic apud eos verba facit: Est nobis, vixote sacro & diuini literis  
instructus, explorete cognitum, qualis debeat esse is, qui sit ad Epi-  
scopatum gerendum delectus; & quod necesse sit progre non do-  
ctissima solum, verum etiam praecleara viuendi ratione moderari, &  
se cuiusq; virtutum exemplar ei praeberet, suaeq; disciplinae velle am-  
vite & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita  
instructum in sede & gradu Episcopali iam collocare: vti & nos, a  
quibus hoc gubernatur Imperium, et vere & ex animo capita in-  
clinemus, & illius reprobationem (nam cum homines finis, eredit  
labi necesse est) velut medicinam animum eiusdem amplectemur,  
hucusque dixit Valentinianus: subdit his Theodoretus  
haec verba:

Hac oratione ab Imperatore habita, Concilium Episcoporum  
contendit ad eo, vti ipse, vixote sapientia & pietatis insignibus pra-  
eclavornatus, Episcopum eligeret. At ille: Maior est inquit, haec pro-  
uincia, quam qua viribus nostris sustineri possit: proinde vos diuina  
repleti gratia, & illum splendore illuminati, multo melius hoc  
Episcopu deligendi negotium transegitis. Illi igitur egressi separa-  
tim per se de eo deliberare coeperunt: Civitatis autem habitato-  
res inter se ipsos displicere, quorum alij hunc, illum alij deligere con-  
tendebant. Nam qui errore Auxentij erant imbuti, in sua opi-  
nioni fautoribus suffragati sunt: qui vero a partibus sanae fin-  
veraeq; doctrine stabant, illi rursus Episcopum secum de fide con-  
sentientes habere laborarunt. haec Theodoretus de partis  
virtutisq; studiis in Episcopo deligendo. Commendatione  
quidem digna fuit Valentiniani modestia, cum oblatam  
sibi electionem tantae Ecclesiae Episcopi recusavit, secun-  
dum quod alias (quod dictum est superius) fuerat core-  
ctatus, sui muneris minime esse Ecclesiasticis se immisce-  
re negotiis. At quid post haec?

Cum igitur eo modo in electione noui Episcopi par-  
tium studia essent inter se diuersa, magnaq; timerentur  
consilij dissidia: Ambrosius illius provinciae Praefectus,  
Mediolani cum esset, veritus, ne quid nouarum rerum di-  
uerse factiones molirentur, prope ad Ecclesiam con-  
tendit: Vbi (inquit Paulinus) cum alloqueretur plebem, subi-  
to vox feruit infantis in populo sonasse, Ambrosium Episcopum  
itaq; qui ante turbulentiissime dissidebant, quia & Ariani sibi, &  
Catholici sibi Episcopum cupiebant, superata alterutrius ordinari;  
repente in hunc vnum mirabili & incredibili concordia conuen-  
erunt. haec Paulinus.

Ambrosius vero repentino casu percussus, ac veluti  
improvisis quodam tonitruo terreratus: ut primum

I.  
AMBRO-  
SIVS CRE-  
ATVS EP-  
SCOPVS  
MEDIOLA-  
NENSIS.

II.  
ORATIO  
IMP. AD  
EPISCO-  
POS.

III.  
QUOMODO  
ELECTVS  
AMBRO-  
SIVS.

IV.  
I. Paulinus  
in vita S.  
Ambrosij.

V.

XXXVI.  
Amilian.  
in lib. 29.  
Clav. de  
lib. Gildone.  
Oros. lib.  
7. c. 33.  
YHSODO-  
SIVS RE-  
DIOX IN-  
GRATE  
OCCIDI-  
TVR.  
e Ambrosij  
ora. in fun.  
Theodosij in  
sua.  
THEODO-  
SII FILII  
SPECTATA  
VIRTUS.  
Amilian.  
lib. 29.  
h. Amilian.  
lib. 29.  
i Hieron.  
9. 3.





AMBRO- SIVE MY- TIS MODIS TENENT SVADERE.

sele colligit, cogitare cepit, quibus vale et artibus po- tum & Episcopis ab eius modi lententia. enocare. Quid facit? Ergo Episcopus (Paulinus ait) et ibi malis paratissim, quippe mox futurus Episcopus, dicitur ascendit: tunc contra consuetudinem suam, (nimis enim tunc vile raris consilium Probi) persona iugis adhiberi tormenta: nec se iam vt Episcopum, sed secessum ludicem exhibet. Ascendit tribunal, truces carnis afflictere, simulque tormenta congeri, vinculosq; catenis miseris reos adduci, palamque torqueri, nulla adhibita commiseratione, minaq; vultu ad incutendam terrorem composito, precipit, quali vir sanguinis esset, indignis altaris ministerio, & a pastoralis consuetudine alienissimus. Sed cum hac spectans populus, magis magisque clamaret, Ambrosium Episcopum: ipse ille frustra, ad potiora remedia conuertit animum: eoque progressus est, vt speciem quandam pre- ferens hominis impotissimi, & ab Episcopali castitate & vita remotissimi, quo populum ab eo consilio dimo- ueret, impudicas mulieres ad se publice ingredi faceret. At cum hac, velut in scena, sic representanti populus no ignoraret, eaq; ex causa ardentiori se ad postulare Am- brosium Episcopum non intermitteret: seque populus peccati illius, quod specie quadam & simulatione effi- ditum esse non dubitabat, reum clamaret, totamque ad- umbrati criminis penam in se reciperet, sibi que impre- catur: omni prorsus ille consilio desitutus (quod tan- tummodo reliquum esse videbatur) in sola fuga spem ponit.

VI. AMBROSII EPIS- COPUS.

Itaque ne esse intempesta, citare egressus, T. cinam- verus dicitur iter, neque ad memoriam teuocans, no esse hominis dirigere vias sua. Cum enim se Ticinum per- uenisse putaret, diuino quodam intercepto numine, cur- su reflexo Mediolanum redijt, iamque luce clara portam Romanam ante oculo positam videt. Tam vero incre- ditum stupore affectus, animoque consternatus re ipsa experitur, non esse consilium contra Dominum. Quid faceret? Qui magistratu preerat ceteris, falces deponit, victum se faceret: rotis populi voluntati, immo vetus di- na auctoritati se subijcit. Audit populus, custodiam adhibet, ne iterum fugam arripiat, sed ad extremam vi- que quaque perfici sedulo curat, quod tanto studio ex- optauerat. Igitur ad Valentianum Principem relatio mittitur: illius enim regnum videbatur assensus: nam imperatoris sanctioribus & verum erat, ne Deuotiones vel publicis obligati functionibus adsciscerentur in- clerum. Ea te percepta, Imperator a summo opere letatus, actales a se constitutos magistratus esse, qui in Episcopos eligantur, accepit libentissimo animo: Probus; iurum de Ambrosio iudicium, ac preiudicium cum prelatio felici euentu comprobant, gaudebat.

VII. AMBROSII BATERE.

At pendente adhuc ea relatione, Ambrosius fallens suos custodes, iterum fuga sibi consulit, atque in subur- bano Leontij clarissimi viui delinuit. Sed vbi relationi responsum est, & Imperatoris dec etiam publicam, quo iubebat Ambrosium exemplo facis initiari nyste us e (adhuc enim catechumenus erat) & Episcopum ordinari, idque Vicario in mandatis datum, vt rebus perficiendis iniret: mox Leontius Ambrosius prodit; qui statim Mediolanum perducitur. Hocce ipsius conatus, quibus sepius relictus est, ne Episcopos crearetur, non Pauli- nus tantum, sed reliqui omnes tum Latini, tum Graeci hidoitici protestantur. Quin etiam ipse scribens ad Ver- cellensem Ecclesiam hac eadem his verbis affirmat: Quasi, inquit, resistam, ne ordinaret? postremo cum cogeres, saltem ordinatio prelatetur: sed non valuit prescriptio, prauuluit impressio, hac ipse. Dissidendo enim ordinationem pu- tabat cludere posse populum ipsam postulantem Episco- pum praefecti pro autem precebat: non tantum ne ca- techumenus pondi plene Christianus, sed vt nec neo- phytus & ordinaret Episcopos: quibus suffragabantur canones Apostolici & necnon Nicenum Concilium. Cum igitur, ipse licet inuito, omnia perficienda essent: ipse professus esse Catholicus, illo postillimum argu- mento perspicue demonstravit; domi quod Paulinus

Ruffin. lib. 2. c. 11. p. Socr. lib. 4. c. 11. h. Socr. lib. 2. c. 24.

1. Tim. 1. k. Car. A. post 80. 1. Cor. Ni. can. c. 2.

ait in notis a Catholicis Episcopis petiti baptizari. Osta- tu vero de post baptismum fuisse ordinatum Episcopum, idem affirmat, quod contigisse septimo Idus Decembris, Dei Ecclesia haec tenens celebrans illam diem, anniuersaria solemnitate restatur.

Interfuisse eius ordinationi Valentianum Imperato- rem, auctor est Theodoretus, de qua haec habet: Postea vero quam Ambrosium diuino sacrosancti baptismi manu ad- eptus est, & gratiam Episcopalem receperat, dicitur Imperator lenge praestantissimus (nam rebus in gestis mereret) hymnum ad gratias Saluatori ac Domino agendas recitasse, his ferme verbis: Gratia tibi sit Domine omnipotens, & Saluator noster; quod cum ipse corpora hinc pro omnibus, tu etiam animas commendasti, inde, declarasti meam iustam sententiam, subdit his Paulinus o: Cum primum autem ordinatus esset Episcopus, omne aurum atq; argentum, quod habere poterat, Ecclesie vel pauperi- bus contulit: praedia autem, quae habebat, reservato germana sua vsu sicut, donauit Ecclesie: nihil sibi quod huius formae diceret, relin- quens, vt nudus & expeditus Christum Dominum sequeretur. haec ipse. Sic igitur Ambrosio ordinato Mediolanensi Episco- po, totus coegaudet Catholicis orbis, communicatoqueq; litera ex mox e vltio citroque reddantur. Quid au- em ad eum scripsit Basilus Magnus (vt quaeque annis reddidit) dicemus anno sequenti; nam cum Ambrosij ordinatio in hinc anni cont- genti, non prius eas potuit de- disse Basilus. Si quis vero integram, sequeque retum gesta- tam continuatam legere cupit vitam Ambrosij: sciat nos tam ex Annalibus hinc deproptam, moniti Sixti Pape Quinti, simul cont- exuisse; quam ipse recenti a se facte operum Ambrosij editioni praeponi, edique iustit: cum tamen nos hic addere aliquid, vel mutare cont- tigerit.

Quod autem Annalium scribendorum ratio nihil im- portunius a nobis exigit, quam vt quaeque res gestae certis diebus quibusq; reddantur annis, atq; sic instituta Chronographiae ex hinc probationibus pateat demonstra- tio: cui hoc anno cont- igisse dixerimus Ambrosij Episco- patum (cum al- jea de re aliter sentiam) iam vt dicamus, althingimur. Ac primum quid sententia alij, in medium afferamus. Eorandi in his illa nonnullis praecesse occasio: quod Rufinus p. & Socrates q. simulac de Damasi Pape agunt electione, statim subdiunt narrationem de Ambrosij electione; praeside ac idem Annales se ipse- rint, & non historiam: cum saepe contingat, eos post al- las res gestas recitatis, de electione quorundam praeci- puarum sedum Episcoporum simul agere, quos tamen constat plurimum interdu annorum interstitio inter se fuisse diceretur. Rursus vero recentior quidam au- ctor r tempus electionis Ambrosij recitans ad tertium annum Damasi Pontificatus, rationem inisse vitus est ex Probi Praefectura exordio, a quo credita est Ambro- sio provinciarum administratio. At quis nescit, Probi Praefecturam Praetoris saepe repetitam, atque diutius pro- pagatam, id Anniano r testante r ipsumque Ambro- sium, antequam in provincias mitteretur, in eisdem Praefecti Praetoris Probi auditorio (quod testatur Pau- linus) causas orasse: vt plane appareat, nequaquam vt Probus illum adeptus est magistratum, Ambrosium pro- uincias suscepisse administrandas. Sed qui locus esse potuit electioni Ambrosij, superstita adhuc Auxentio: post cuius obitum ipsum electum, cum Latinis, tum Graeci ab- que cont- rouerfia omnes affirmant: imo ipse Sanctus Hieronymus sub praesenti vndecimo Imperatorum ano- no, Auxentij obitum cum Ambrosij electione consi- gnat. Aut quo modo vel singi potest cum Auxentio si- mul Ambrosium confedisse; si cum tot certaminibus ex- agitatus Auxentius ab Hilario Pictaniensi Episcopo, Eu- sebio Vercellensi, Philastrio Brixiano, Euvagio presby- tere q. etas a Sancto Athanasio de his perfectibente ad Da- masum, ab ipsoque Romano Pontifice in Concilio Episco- porum damnatus sit, de quibus omnibus diximus suis locis superius; toto tamen hoc tempore de Am- broso nulla vel leuis mentio habetur: Quae cum ad-

Ruffin. lib. 2. c. 11. Socr. lib. 4. c. 11. Socr. lib. 2. c. 24. Theod. lib. 4. c. 11.

1. Tim. 1. k. Car. A. post 80. 1. Cor. Ni. can. c. 2.

Paulinus in vita Ambrosij.

VIII. AMBRO- SII CE- LIT SAN- CTUM. o Theod. lib. 4. c. 24.

o Paulinus in vita Ambrosij.

IX. DE TEM- PORIBUS ELECTIONIS AMBROSII.

p Ruffin. lib. 2. c. 11. q Socr. lib. 4. c. 11.

o Paulinus in vita Ambrosij.

o Ammian. lib. 17. c. 18. 19. 20.

o Ruffin. lib. 2. c. 11. Socr. lib. 4. c. 11. Socr. lib. 2. c. 24. Theod. lib. 4. c. 11.

1. Tim. 1. k. Car. A. post 80. 1. Cor. Ni. can. c. 2.

uctus



uerus Auxentium Ambrosij certamina recensere, ea contra iuniorum Auxentium esse habita, & post obitum Valentianiani senioris, suo loco perspicue demonstrabimus. Quod igitur nulla antea Ambrosij Episcopii facta mentio reperitur, quodq; ad hunc vsq; annum testificatione Hieronymi carissimum senem Auxentium peruenisse constat; eiusdem auctoritate hoc anno ponimus electionem Ambrosij.

X. Sed possit quis obijcere, utraque, nempe exitum Auxentij & creationem Ambrosij rejicienda esse in annum sequentem, quod scilicet ibidem apud Hieronymi Chronicon sub eodem laterculo signetur annus post Consulatum Gratiani & Equitij, qui sequens nameratur. Sed scias, lector, annum illum post Consulatum ibi positum restituendum esse sub sequenti laterculo (ut emendationes codices habet) sub ipso anno duodecimo Valentianiani, quo ipsum mori contigit: nam non peruenit villo pacto ad annum sequentem post dictorum Consulatum, quo creati sunt Consules Valens quintus & Valentianianus maioris filius; sed ipso anno Consulibus vauo (ut dicitur) finem viuendi feci. Hisce quidem vltimis Valentianiani senioris temporibus, contigit Ambrosium creati Mediolanensem Episcopum, ex eo intelligi potest, dum de rebus gestis cum eo nihil praeterea legitur, nisi quae Theodoretus his verbis enarrat: *Pauci post dies, ab ordinatione Ambrosij scilicet, cum S. Ambrosius valde libere apud Imperatorem verba faceret, usq; nonnullas tamquam minus recte a magistratibus administratas coargueret; respondit Imperator: Non iam pridem tuam in loquendo libertatem, qua explorare cogita, non modo tua in Episcopum ordinationi non restitit, verum etiam suffragatus sum. Quare, sicut divina praescribit lex, nostrorum animorum erratis medicinam facito. haec Theodoretus. ceterae autem Ambrosij res gestae sane quidem cum Gratiano & Valentianiano filio, non amplius cum patre leguntur esse transactae de quibus singulis suo loco. Acte Ambrosij electione iam satis.*

AMBROS. QUID CVM VALENTIANIANO. a Theod. li. 4. c. 6.

XI. COMMEN. TITIA LIT. R. NO. MI. DAMASI ET AVRELL.

b Aug. de Civit. Dei. lib. 22. c. 8.

reris, si in dignoscenda certa temporum ratione creditus atq; solertius occupemur.

Celebratum habetur hoc anno, ipsdemq; Coss. Concilium Valentianum in Gallia IV. Idus Julij: cuius extant quatuor tantummodo canones, & perbrevis Epistola de ordinationibus legitime faciendis, deq; lapsorum poenitentia. In eo primum locum tenuit Faugadius, qui ille putatur, ad quem simulq; ad Delphinum Episcopum Burdegalensem S. Ambrosij Epistola scripta legitur. Interfuit eidem Rodanius, quem alium esse puto ab illo Episcopo Tolosano, quem fidei causa cum S. Hilario exilium passum esse atq; exilem defunctum, ex Severo superius diximus. Euortius quoq; adfuit, qui iam a tempore S. Silvestri Aurelianensem signo coelesti accepit Ecclesiam gubernandam. Dignum planè memoria est, quid statuerint Patres de his, qui oblati Sacerdotij fugiendi occasione, ali quod admisisse delictum confessi essent, his verbis d: *Licet non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos horrore suscipiendi Sacerdotij, & ut trepidos (quae signa sunt sanctitatis) falsa in se, recipiendi honoris causa, dixisse: tamen quia omnium fore ad ea, quae sunt priora, proclive iudicium est; & haec materies disputationum in oblatione Sacerdotum Dei quaeritur: sed in Synodo (placuit nimirum) ut quisquis de se vel vera, vel falsa dixerit, fides, quam sumus testimonio confirmaret, haberetur. haec ibi. quid simile nuper vidimus in Ambrosio: nam ut Sacerdotij dignitatem effugeret, crudelis atq; impudens vniuerso populo videti voluit: at ne sic quidem vniuerso onus effugeret, qui huius canonis paulo ante promulgati auctoritate non nihil inuati potuisset, nisi populi in eo petendo constantia fuisset: quauis lege superior.*

XII. CONCILIUM VALENTIANUM.

c Ambrosij p. 55.

d Epist. Celsi Valent. ad Forasul. tit. 1. Cons.

XIII. LEGATIO EX PAMPHILIA.

e Apud Epiphani. nota Ancorat.

f Epiph. in Ancorat.

g Epiph. hares. 69.

Quod autem ad res Orientales pertinet, ipsdem Consulibus missa est legatio a magistratu & clericis Ecclesiae Suedtorum in Pamphilia ad S. Epiphaniu, qua petierunt de fide Catholica eius literis plenius institui & informari. Extant binæ eodem argumento ab eisdem ad ipsam Epiphaniu datae literae. Quibus ille acceptis, Epistolam reddidit, immo commentarium, quem librum Ancoratam nominauit, eruditum quidem, continentem cum fide Catholica haeresum omnium cõsutationem: in quo his notis praesentem annum designat. *hic annus est nonagesimus Diocletiani, & Valentianiani & Valens decimus (quo & exordatur vnde cimus) Gratiani sextus, Consulatus Gratiani Augusti tertium & Equitij illustrissimi, indictione secunda, ex quibus certam habes Chronologiam de annis Diocletiani, quoto nimirum Domini anno ille regnare coepit, nempe ducesimo octogesimo quarto. Cur autem librum de fide nominauerit Ancoratam, ita ipse alibi ait: *Verum iam de his à me tractatum est in magno de fide sermone, sive libro, in quo rursus iuxta nostram mediocritatem ac debilitatem coacti à fratribus exhortatione scripsimus de fide: cui libro imposuimus Ancoratam nomen. Etenim quem admodum exigua mens nostra valuit per Dei auxilium, ex vniuersa scriptura doctrina Dei veritatem congregantes, velut ancoram his, qui volunt Sanctam Patrum fidem, Apostolicamq; ac Propheticae & ab initio vsque huc in sancta Dei Ecclesia predicatam, clare proponimus, quo quis contineatur & muniat, &c. Sed ad sequentis anni res gestas transcamus.**

IESV CHRISTI Annus 375.

DAMASI PAP. VALENTIANIANI IMP. II. ANNUS 9. VALENTIS

CHRISTI Redemptoris nostri annus trecentessimus septuagesimus quintus, quod ordinariis, quod darent nomen anno, Consulibus caruit, post Consulatum Gratiani & Equitij in Fastis inscribitur. Cur autem deterrit ex more creati Consules, Sanctus Hieronymus rationem asserit. Sed fortasse nec Consulatum ordina-

h Hieron. in Chron.

